

*Evangelium Iohann: 1. cap:*

**H**Oc est testimonium Joannis, quando miserunt Iudei ab Hierosolymis, &c.

## EXORDIVM.

**H**odiernum Evangelium proponit nobis insignem constantiam Joannis Baptiste. Licet enim Iudei miserint ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas, interrogantes eum quisnam sit? imò etiam expostulantes cum illo, cur baptizaret, siquidem non Christus sit, nec Elias, nec Prophetā? at tamen nec blanditijs nec minis flectitur: sed se vocem clamantem esse in deserto ex Prophetā Esaiā demonstrat. Quapropter ad insistendum ipsius constantiae vestigijs, consideratione hujus Evangelij nos excitemus, DEVMq; ut labori nostro benedicat, invocemus.

## NARRATIO.

**H**odiernum Evangelium insigne testimonium Joannis Baptiste, quod de Christo testatus est, continet, atq; tale, quod Spiritus Sanctus emphaticis verbis commendat, dum illud

i. insigni